

Ratzburgum.
A Die Assueri.
Ransidburgum.
Die Matthaei.

Revelia, Riga.
Perpetuas fera celebrant nundinas ob negotiationum frequentiam.

Ringstadium Seelandiae.
2. Jo. Baptistae.
2. Laurentii.
3. Die 22. Septemb.

Ripa Danica.
1. Jo. Baptistae.
2. Nativit. Mariz.
Roschildia Seelandiae.
1. Jubilatae.
2. Nativit. Mariz.
3. Dionysii.
Rotenburgum ad Tuberum.
B 1. Jacobi.
2. Die Lunae post Nicolai.
Rosobium.
1. Feria tertia Pentecostes.
2. Festo Michaelis.
Rhotomagum Galliae.
1. Lucae.
2. Domin. Trinit.
Rudestadium.
1. Domin. post Viti.
2. Domin. post Crucis.
3. Domin. post Elisabethae.
Ruremunda.
1. 26. Januar.
2. Die Lunae post Oculi.
3. Die Martis post Pentec.
4. 6. Decemb.

Saganum.
C 1. Pridae invocavit.
2. Exaudi.
3. Dominica proxima post diem Heduvigis.
Salfeldia.
1. Misericord. Domini.
2. Domin. prox. post Bartholomaei.
3. Omnium Sanctorum.
Salzburgum.
Ostiduo ante Michaelis.
Salza.
1. Quasimodo geniti.
2. Domin. post Jo. Baptistae.
3. Domin. post Aegyptii.
Solemitana Nundinae.
Primae incipiunt 10. Maii, & 15. diebus continuantur.
Secundae a 21. Septemb. & durantitidem 15. dies.
Salisquellium.
1. Sexagesima.
2. Rogationum.
3. Domin. altera post Bartholomaei.
4. Dionysii.

Sangerbusium.
1. Misericord. Domini.
2. Udalrici.
3. Domin. post Michaelis.
Saxobinga Lalandia.
Die Michaelis.
Severianum.
1. Judica.
2. Bartholomaei.
3. Nicolai.
Schwinburgum Fioniae.
Die Margarethae.
Schwinfurum.
Die Elisabethae.

Schweidintium.
1. Invocavit.
2. Urbani.
3. Galli.

Schyrvolla.
Palmarum.
Omnium Sanctorum.
Segeberga.
Sitavia.
1. Exaudi.
2. Domin. ante Nativit. Mariz.
3. Domin. post Catharinae.

Slagefia Seelandiae.
1. Olai.
2. Omnium Sanctorum.
Slangendorpium Seelandiae.
Die S. Botildis, aut Viti.
Slackenwaldia.
1. Ostiduo ante Septuages.
2. Ulrici.

Solodurum.
1. Esto mihi.
2. Ursulae.

Sommerfeldia.
1. Ascens. Christi.
2. Die Jovis proxima post Festum Burcardi.
Soderbusium.
1. Domin. post Margarethae.
2. Domin. post Galli.

Sonderburga.
1. Festo Corporis Christi, al. Feria secunda Pentecostes, al. Dominica Trinitatis.
2. Laurentii.
3. Michaelis.

Soravia.
1. Purific. Mariz.
2. Joan. Baptistae.
3. Domin. proxim. post Nativit. Mariz.

Spandavia.
1. Judica.
2. Dominica proxim. post Petri, & Pauli.
3. Domin. post Bartholomaei.

Sprottavia.
Die 2. post Corporis Christi.

Stada.
1. Latere.
2. Feria secunda Paschatis.
3. Jacobi.

Stargarda.
1. Cantate.
2. Jo. Baptistae.
3. Michaelis.
4. Dominica tertia. Adventus, duranteque ad Christi usque natalem.

Stetinum.
1. Dominica post Assumpt. Mariz.
2. Die Catharinae.

Scendelia.
1. Exaudi.
2. Die Martis ante Michaelis.

Sterneberga.
1. Palmarum.
2. Galli.

Striga.
1. Circumcis. Domini.
2. Stanislai.
3. Bartholomaei.

Suauestedium.
Jacobi.
Sundinum Pomeraniae.
1. Viti.
2. Nicolai.

Suerinum.
E 1. Ascensionis Domini.
2. Viti.
Susadata, aliis Vilnaek.
1. Domin. 1. post Trinitat.
2. Perpetua post Omnium Sanctorum.

Susatum.
1. Domin. post Pascha.
3. S. Ulrici 4. Julii.
4. Domin. post Decoll. S. Joannis.
5. Festo Omnium Sanctorum.

Tangermunda.
1. Corporis Christi.
2. Dominica post Petri, & Pauli.
3. Domin. post Simonis, & Judae.

Tanroda.
Domin. ante Festum Michaelis. F

Tersivana.
Nundinae a 20. Octobr. 15. dies continuantur.
Tigurum.
1. Diebus 14. post Pentecosten.
2. Diebus Felicis & Regulae, nempe xi. Septemb.

Torga.
Tornacum Flandriae.
1. Ascensionis Domini.
2. Mariz Magdalena.
3. 28. Julii Pantaleonis.

Trajectum Hollandiae.
1. Jubilate.
2. Lucae Evangelistae.
Treveri.
1. 24. Febr. S. Mathiae.
2. 29. Junii, quo celebrat. Pauli mem.

Troppa.
1. Proxima dies post Purificationem Mariz.
2. Die Martis post Cantate.
3. Die Martis post Joannis Baptistae.
4. Die Martis post Omnium Sanctorum.

Tubinga.
Quasimodo geniti.
Tundera.
1. Pentecosten.
2. Bartholomaei.
3. Michaelis.

Tuitium in ripa Rheni prope Coloniam Obior.
16. Martii S. Heriberti.
Vallis Joachimica.
1. Dominica post Purification. Mariz.
2. Margarethae.

Ventia.
A Die Ascensionis Christi per dies 11.
Verda.
Quasimodo geniti.
Vesalia inferior.
1. Die Viti 25. Junii.
2. Die Assumption. B. Virginis.

Vincenia.
A Nundinae incipiunt 16. Octobr. duranteque dies 15.
Vienna Austriae.
1. Lunae post Pent.
2. Catharinae.

Vinaria.
Exaudi.
Vilfrida Holsatiae.
1. Bartholomaei.
2. Dionysii.
Vismaria.
1. Invocavit.
2. Exaudi.
Viteberga.
1. Postrid. Dom. Misericord. Domini.
2. Domini. Post Galli.
3. Domini. post Luciae.

Wissea.
1. Invocavit.
2. Latere.
3. Joan. Baptistae.

Wraisavia.
1. Latere.
2. Joan. Baptistae.
3. Exalt. Crucis.
3. Die Elisabethae.

Wredalia.
25. Martii.

Vormatia.
1. Die Lunae Post Pentecost.
2. Festo omnium SS. *Voenum Scaniae.*
Die Conversiois Pauli.
Vospurgum Hollandiae.
1. Purificat. Mariz.
2. Laurentii.

Vospurgum Jutiae.
1. XIV. Januarii.
2. XVII. Septembris.

Vvolgastum.
Zella.
1. Gregorii.
2. Laurentii.
3. Martini.

Zerveffa.
1. Quasi modo geniti.
2. Bartholomaei.
3. Galli.
4. Ursulae.

Zwickavia, vel Cugnae.
1. Festo Trinitat.
2. Catharinae.

NUNDALES EPULAE.
Epularum Nundinalium mentio fitin l. Cum societas LXIX. ff. pro socio. Ubi fit legitur. Cum Societas ad emendum coiret, & conveniret, ut unus reliquas nundinas, id est, epulas praestaret &c. Ubi Cujacius legendum censet, Epulas Nundinarias.

Quales autem haec fuerint, non explicat Glossa, verisimile est fuisse convivium, quae initio Nundinarum instituebantur, in quibus mercatores bonae fortunae litabant, & societatem negotiationis inibat. Nisi etiam tunc institutas has epulas dicamus, si quando lautiores in mercibus distrahendis, vel permutandis fortunam nacti fuissent, quasi sibi gratulabundi de prosperiore sorte, ac negotiationis eventu.

Erant quoque nundinales, sed imperici eo nomine vocabantur, quo scilicet nono dumtaxat die impenderentur, id est, rarius, peritiores enim quotidie operam suam praestabant.

Nuptiae.

*DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

NUPTIAE, nuptiarum matrimonium, connubium, conjugium, conjunctio maris, & feminae, omnis vitae consortium continens, Graec. *γαμος*, Hebr. *Chatumab*, a verbo *Chathan*, affinitatem contraxit, propinquitatem inivit per desponsationem, ut cum duae cognationes, & familiae, quae diversae inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem appropinquat.

Dietae sunt etiam Nuptiae Hebraeis a voce *Cipap*. i. obtexit, velavit. Unde & Latinis a nubendo, velando, obtegendendo. Nova enim nupta olim dum viro suo tradebatur, pro pudore caput obvolvebat. Hujus autem ritus antiquissimi exemplum habemus *Genes. 24.* Ubi narratur, Rebecca obtexit caput pallio suo, quasi flammeo, pudoris, & honestatis causa.

Dum primum venire in conspectum Isaac sponsi sui. Vide de hoc veterum ritu apud Ethnicos usitato. *Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. diar. cap. 5.*

Et quae nos paulo post de nuptiarum ritibus, & caeremoniis dicemus. Ultraparatur autem communiter nuptiarum vox pro conjugio ipso viri, & feminae, sive matrimonio: quamvis alii pro convivio nuptiali, sive sponsalio accipiant. Unde dicimur celebrare nuptias: vocari ad nuptias. Quomodo etiam Christus in Cana Galilaeae scribitur vocatus ad nuptias cum matre sua: Immo & pro loco nuptiarum celebrandis destinato. *Mat. 25.*

NUPTIALIA PRAECEPTA
Consule locum de Matrimonio.
APOPHTHEGMATA.
Circa idem Argumentum.

PITTACUS interrogabat quendam, cur uxorem ducere noluisset? Is cum respondisset, si formosam duxero, habiturus L. B. *Theat. vit. Human.* Tom. V.

sum commune: fin deformem, penam: Haudquamquam, dixit Thales, sed si pulchram duxeris, non erit tibi poena: si deformem, commune non habebis. *Stob. serm. 64.*

THALES roganti matri, ut uxorem duceret, nondum esse tempus dixit: deinde major natu, non amplius esse tempus. *Stob. ser. 66.*

Idem interrogatus, cur in vigore aetatis liberos non procreasset, respondit: Quia nolui sponte vita mea facere negotium, ejusque tranquillitatem turbare. *Idem ibid.*

SOCRATES, juvenes calibes, & nuptias ambientes, similes esse dicebat piscibus, qui alludunt circum nasam, & gestunt inire, contra, qui jam inclusi exire: simile in matrimonio, quod ambiunt liberi, damnant capti. *Dion. Laert.*

Sciscitanti cuidam, uxorem an non duceret; Utrumque, inquit Socrates, si feceris, poenitebit. *Stob.*

MUSONIUS, cum quidam dixisset, Nuptias sibi videri impedimento esse ad philosophandum, respondit, se aliter sentire: cum non fuerint impedimento Pythagorae, neque Socrati, neque Crateri, quorum unusquisque uxori cohabitavit: nec ullos inquit, alios nominare possis, qui melius sunt philosophati. *Stob. ser. 65.* Ubi egregia multa à *Mufonio* dicta in laudem nuptiarum.

HEROCLES, Universum humanum genus ad societatem natum esse dicebat. Prima autem, inquit, & praecipua societas est, quae per nuptias initur. Nam civitates sine familiae esse non possunt, & familia innupti manca est: integra autem, & perfecta illius, qui conjugatus fuerit. *Stob. eod. ser.*

PLATO ex nuptiis hanc consolationem orti dicebat, quod natura perpetuas inde promoveatur, & quod filios filiorum relinquendo semper Deo ministris pro nobis relinquimus, vitam ceu lampadem aliis post alios tradentes. *Libro 6. de legib.*

CHILONIS dictum celebratur: Nuptias frugales, & equales opibus celebrato. *Stob. ser. 68.*

EUSEBIUS Philof. dicebat, optimum esse consensum nuptiarum, si conjuges temperantiam exercent. *Idem ser. 72.*

ANONYMUS, Lacon quidam diues bono, & pauperi adolefcenti filiam elocavit, quae de re cum a cognatis reprehenderetur, dixit, quem divitem potius quam pauperem futurum expectem? *Idem ser. 70.*

MARTIA Catonis F. cum rogaretur, cur post amissum maritum denuo non nubere respondit: se non virum invenire, qui magis eam vellet, quam sua. Quo dicto ostendere voluit, divitias magis in uxoris ducendis eligi solere, quam pudicitiam, & morum honestatem: ac multum non oculis, sed digitis uxores ducere. *Aut. est Hieron.*

DIONYSIUS Sen. cum videret matrem aetate confectam, secundò nubere velle, eam ob causam a multis male audire, ait: Civitatis legibus vim quidem afferri, natura vero nequam posse. *Plutarch.*

Addamus & his non imprudentem *Euripidis* de nuptiis censuram.

Quisquis uxorem ducere deliberat, non deliberat Rectè: nam ubi deliberavit, statim ducit: Quod malorum vitæ multorum initium est. Nam si quis pauper pecuniosam uxorem duxerit, non uxorem, sed dominam habet, Cujus famulus est. Quod si duxerit Nihil afferentem dotis, iterum sit servus. Oportet enim deinceps unius loco duas alere. Duxit aliquis rumpem, non amplius jucunda est ei vita. Formosa si ducitur, non est illa.

EUCLEONIS etiam verba apud *Plautum*, quibus Megadorum filiae suae nuptias ambientem compellat, suam elegantiam habet. Sic enim dicit.

Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem.

Falsissimum: me item esse hominem pauperem pauperimum. Nunc si filiam locassem meam tibi, in mentem venit Te hominem esse, ego me esse asellum, ubi tecum conjungas sem, Ubi onus nequeam portare pariter, jaceam ego asinus injussum.

Tu me vos haud magis respicias, natus quasi nunquam sem, Et te utar iniquiore, Is meus me ordo irrideat: Neutrubi habeam stabile stabulum, si hoc divortii fiat. Ast mi me mordicibus scindant, boves incursent cornibus, Hoc magnum est periculum me ab asinis ad boves transcedere.

CONSOCIATIO OECONOMICA. CONJUGALIS. NUPTIÆ.

De Nuptiis eruditissime ex professo scripsit B. Briffonius Parisiensis curiæ Advocatus libro singulari de Ritum nuptiarum, & ante illum Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. Genialium dierum, item Jul. Scaliger. lib. 3. Poetica, cap. 101. E quorum virgiliis nostri et horatiodie illustrari possunt.

ANTE CONJUNCTIONEM.

Hic pendantur. QUI INVITANT ALIOS AD nuptias contrahendas.

Cretenses è grege juvenum deligebant forma conspicuos, quos ad uxores ducendas, propagandamque sobolem lege compellebant. Plut. in Lycurgo.

Thuriorum juvenes primo ætatis flore ad ducendas uxores muneribus, honoribusque invitabantur: qui verò ea defuncta alteram superduxisset, in infivis, & execrabilis diis, hominibusque, & ab omni honoris aditu, & magistratu arcebatur. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 8.

Q. METELLUS Numidicus censor, & postea Jul. Cæsar, deinde Augustus, liberorum gignendorum, & sobolis causa legem de Maritandis ordinibus tulere, eos ad progeniem propagandam præmiis, & immunitatibus invitantes. Siquidem cum tres erant liberi, vacatio muneris, cui plures, libertas donabatur. Nota est Metelli vox, cum ad populum in Censura verba fecerit: Si sine uxore posterus esse (inquit) Quiritis, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuæ potius quam brevi voluptati consulendum. Gell. lib. 1. cap. 6.

FUR. CAMILLUS, cum censuram ageret, vel exhaustæ civitati propter affiduas bellorum clades cives suppeterent, legem de maritandis ordinibus tulit. Qua inter cæteras pœnis coarctavit illos, qui viduarum nuptias, quarum viri bello ceciderant, devitarent. Eos verò qui ad senectutem cœlibes pervenerant, æra pœna nomine ad ærarium ferre iussit, iterum puniri dignos, si quo modo de tam justa constitutione queri sunt ausi, cum in hunc modum increpaverit: Natura vobis, quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit, parentesque vos alendo nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligaverunt. Accidit etiam illis, quod in fortuna longam præstantiam huic muneris vacationem estis assecuti, cum interitum consumpti sunt anni vestri, & mariti, & patris nomine vacui. Itaque igitur, & nodosam exsoluite stipem, utilem posteritati numerofa. Val. Max. lib. 2. cap. Plut. in Camillo.

Quod lege Julia de maritandis ordinibus apud veteres cautum fuit, ut hi quibus vigor juvenilis foret, primo flore ætatis ad uxores ducendas, liberisque educandos propagandamque sobolem non solum præmiis invitati, sed pœna deterri cogentur, id lege Papia, & pompejana certo ætatis gradu interdictum erat: quippe sexagenariis, & supra eam ætatem ducere uxores, sicut hac lege vetitum. Turpe enim visum est, & seditima res senectuti, ut quibus ad eam ætatem fors liberis dedisset, aut cœlibes vixissent, his quasi emeritis, ætate affecta, aliunde liberis querere libido foret. Alex. lib. 4. cap. 22.

CLAUDIUS Cæsar legem tulit de Libertorum conjugio: qua edixit, si ad iusjurandum libertum patronus adigeret, ne nuberet, neve uxorem duceret, cum ad jus patronatus lex patriter non admittit. Idem abrogata lege Papia, sexagenarios, & ætate multo seniores, liberos gignere, & prolis causa ad conjugium admitti voluit. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 22. & lib. 3. cap. 20.

QUALITAS PERSONARUM, QUÆ ducere, vel nubere possunt. Respectu.

VIRTUTIS, FORTITUDINIS.

Apud Carmanos nemo uxorem ducit, nisi prius hostis caput amputatum ad regem pertrulerit. Rex calvaria in regia collocata, linguam minutim secans, pane permiscet, postea de quo flatam est, qui attulit, & familiaribus edendam præbetatque ille præclarus est: qui multa capita attulerit. Strabo lib. 15.

Circa Meotim gens est (Laxamatas vocant) apud quos virgo, nisi que hostem conticisset, nuptui dabatur nulli. Alex. ab Alex. lib. 11. cap. 24.

ÆTATIS.

Apud Cretenses omnes, qui ad certum annorum numerum pervenire pueri, uxores accipere coguntur: eas tamen prius domum non abducunt, quam puella domesticæ curæ didicerint. Strabo lib. 10.

Lycurgus Spartanorum legislator maturas, & viri appetentes elocat, quo ea consociatio impellente jam natura benevolentia, & amoris potius, quam odii, & timoris contra naturam coactarum esset ingressio, corporaque firmiora essent, ad uterum ferendum, atque enitendum: velut ad nihil aliud nuberent; quam ad pariendum Romani natus duodecim annos & minores jungunt nuptiis: potissimum corpus, & mores puros illibatosque in manum viri cœsentes pervertunt. Sunt autem superiora, ut pater, ad liberorum procreationem magis natura consentanea, hæc ad vitam conjugalem aptandis moribus. Plut. in Lac. & in Numa, & Lycurgo.

Laudabilis cum primis, qui fuit mos ille Germanorum veterum, quem Cæsar tradit: Qui distincti, inquit, impuberes permanerunt, maximam inter suos ferunt laudem, hoc alii staturam, alii vires, nervosque confirmari putant. In annum verò vicefirmum semine notitiam habuisse, in turpissimum habetur rebus, Sobolis enim causa non libidinis concessam putant homini venerem, Lud. Vives de Officio mariti.

OPULENTIÆ.

ADAMO Dominus Deus uxorem non prius creavit, quam omnibus animantibus nomen imposuisset, eorumque dominium, & possessionem sibi hæc ratione vindicasset. Naturale igitur simul, & divinum præceptum videtur esse Hesiodi, quando in Operibus inquit:

Domus appellandam omnia ea, quæ ad vitam tucendam necessaria sunt, complectitur. Male igitur illi, qui uxores ducunt, rei familiaris sustentandæ nulla prius habita ratione. Gen. 2.

CIVITATIS, PATRIÆ.

Nuptias legitimas illas haberi constat, quæ inter Romanos cives, aut cum eo, qui princeps, populove civitatem, aut conubia dedisset, contrahuntur: quo iure nati liberi, in familia, & potestate sunt: cum impare vero, aut si Romanus cum peregrina, vel Latini nomen muliere, aut serva, vel barbara jungeretur, nullum fuisse jus nuptiarum, necessitudinisque itaque nati liberi, sub patriis iure, aut familia non erant, sed matrem sequebantur, tamen tradatur in Græcia, & Apulia, & Carthagine, serviles sæpe nuptias curati. Quod quidem conubium, ut manaret ad posterum, sociis, & bene meritis, ac finitimis, nonnunquam exterius dare soliti fuerunt. Siquidem Campanis, ut Romanas ducere liceret uxores, natique liberi, ut iusti heredes forent, fuit olim pro magno munere datum; & sicut Alatinati, Verulano, & Ferentinati. Neque enim cum Romano, & peregrino conubium esse censuere. Namque impares nuptiæ; aut sine testibus, ac patre non jubent, legitima non sunt. Idque senatusconsulto Romæ cautum fuit, ut si Romanis Latinas uxores ducere contigisset, aut Latinis Romanas, sui essent juris, & arbitrii, sive Romæ degere, vel in patriam redire vellent: atque in nuptiæ puella ut matrem sequeretur. Alex.

PELLICATUS.

Ivo ad Gualterium Meldensium Episcopum in Epistola quadam innuit, disputatum fuisse inter Gallias proceres, utrum liceret eam, qua quis antea pellice esset usus, ducere uxorem? Contrarias autem Patrum de hac questione recitat sententias, in quibus ait, eam esse distantiam, quæ est inter misericordiam, & iudicium, quæ quoties in unum negotium conveniunt; in discretionem rectorum ita constitutum, ut habita ratione salutis animarum, pro qualitate personarum, pro opportunitate locorum, & temporum, nunc severitas Canonum possit exerceri, nunc indulgentia, quibus oportebit impendi.

AFENITATIS, CONSANGUINITATIS.

Romæ olim non jurebantur sibi nuptiis consanguineas, ut neque nunc nutrices, vel forores secum conjungunt. Verum diu post jus fecerunt, patruales, & consobrias habere in matrimonio, ex hujusmodi occasione Vir tenuibus facultatis, cætera frugi, ac supra omnes, qui temp. tractabant, ad plebem gratiosus, consobrinam orbam, cum lauto patrimonio habere videbatur, atque per eam locuples esse. Hac de causa nomine ejus delato, populus omnia causæ questione nomen ejus aboluit, ac lege sancivit, liberis omnibus esse ad patruales, & consobrias usque nuptias: in superioribus gradibus interdixit. Plut. in quæst. Rom.

Servi-

Servitutis, Libertatis.

Quamvis lex Julia libertinorum conjugia priori constitutione admittit, lapsis postea temporibus eadem lex, libertinas, & ludicram, aut scenam exercentes, senatorio viro admisceri gravi pœna interdixit, videlicet, ne senatorius ordo conjugio libertinorum pollueretur. Verba ex ea lege hæc sunt. Qui senator est, quive filius, ne potest ex hac, proponeve ex filia natus, cujus eorum est, civite, ne quis eorum sponfam uxorem neficiens dolo malo habere libertinam, aut eam, quæ ipsa, quove pater, materve artem ludicram facit, fecerit, sponfam, quove sciens dolo malo esto: neve quis eorum dolo malo sciens, sponfam uxoremve habeto. Post aliquot verò ætates, Aurelianus Cæsar constitutiones legis Papie velut vanissimas induxit, & abrogavit. Divus verò Vespasianus statuit edicto, ut libera, quæ se alieno servo junxisset, ancilla haberetur: contra verò alia constitutio cavet, ut si serva mulier hac lege vaniret, ne prostituere, si contra legem venditionis prostituta foret, ut esset libera: prostitute nullæ, jus patronatus non haberet. Aegyptiis autem nullus ex serva genitus haberetur servus, aut illegitimus: quia solum patrem ingenuitatem, & genus præstare, matrem vero natalibus nihil contra ferre putant. Alex. lib. 4. c. 22.

PRÆPARATIO MULIERIS AD nuptias: si ve ca fiat

Sacrificii.

Mos fuit apud Platenses, antequam nuptias celebrarent, Dianam cognomento Eucliam placare sacrificiis, quod cum esset virgo, putaretur habere odio matrimonium. Meminit Plut. in Aristide Virginis peræque jam virginitalis, ut Dianæ, cujus hæc in tutela fuissent, iram devitarent, confueverant in canistris sacrificia ad Deam templum deportare, quod Græci νεογόνιον dicunt: canistros illæ ferebant, quæ ad nubilitatem pervenissent. Meminit Theoc. in Pharmaceutria. Natalis Comes Myrbol. lib. 3. cap. 18.

Megarum Iphionis Alcahoi regis F. tumulum puellæ ante nuptias inferias mittunt, crinique primitias detendant: uti in Delo ipsi Hecæarum, sive Diana. Pausanias in Atticis.

Atheniensibus nulla omnino debetur nuptiæ, nisi prius Diana sacra obisset. Nam vestem inducatur, iram Croboton dixerit nomen, neque initiari poterat decennio major, vel quinqueenni minor. Alex. lib. 1. cap. 24. A. L.

Pudoris prostitutione. Armeniis lex est, ut virginis in sano vetustissimo, & sanctissimo Anasidis deæ proficiantur, ubi ipsius statua ex solido auro posita erat, quam M. Antonius expilavit. Quibus emeritis, cuiusvis præcipue hominis conjugium fortiri fas erat, nemine abnuente, aut tale conjugium detrectant. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.

Punica femina nuptura Sicæ ad Veneris famam se consecrabant, atque inde procedentes quantum dotis corporis prostitutione contrahabant. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

AMBITUS NUPTIARUM.

ACQUISITIO SPONSÆ. ACQUIRITUR Sponfa, Uxor Delectu certo.

Vide Locum de Uxore Tit. Uxorum Delectus. Item Merito, Raptus, Emptio, uxor acquiritur. De quibus vide prædictum Locum, & Tit. Uxorum acceptio, acquisitio.

ACQUISITIO SPONSÆ. ACQUIRITUR SPONSUS MARITUS Delectu certo, vel suo.

Indi maximum decus arbitrii sunt, si qua virgo eleganti munere, aut insigni dono præfæctis ardua foret. Parentes nobiles filias in cœtu præstantissimum juvenum producunt, exque illis virum sibi deligunt, qui fortitudine, cursu, pugna, aut specie corporis cæteris antecedit: nullaque dote exhibita, quem sibi illa virum delegissent, sponsum esse patiebantur. Alex. lib. 1. cap. 24. Cæthorum dicunt proprium fuisse, ut sponfa sibi virum deligat: sed eo federe, ut viro defuncto, eadem pyra mortem oppetere cogatur. Alex. lib. 1. cap. 24. Apud Siginos Perficam gentem, mulier augurandi peritia quemcumque vult virum sibi copulare poterat. Alex. lib. 1. c. 24. Talelemque Libyes (sive, ut Alexander habet, Talehei) cum multi uxorem unam ambiunt, apud curatorem ejus cœnant, & singulis varia dicitaria narrantibus, cuiusque mulier L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

arriferit, illi cohabitavit. Stob. ferm. 42. ex Nicolai de Gen. mor. hist.

Scribit Aristoteles in Massiliensium Republica hoc pacto: Phocæi in Jonia nudinis uti Massiliam condiderunt. Euxenius Phocensis hospes erat Nano Regi (hoc enim illi nomen fuit) Hic Nano cum sua filia nuptias fieret, Euxenium, qui eo forte accesserat, ad convivium convocavit. Nuptiæ verò hoc pacto fiebant. Oportebat puellam post cognam ingredi, phialam miscere, ac conviciumque ex presentibus precis mallet, porrigeri. Cui ea portexisset, is erat sponfus. Puella verò ingreßa, si ve fortuna, si ve alia de causa, Euxenio portexit: appellabatur autem puella Petra. Hoc cum accidisset, paterque dignum putaret, velut ex dote effectus donatio, ut ipsam haberet: Euxenus mulierem accepit, unâ habitabat, mutatoque nomine eam Aristoxenam appellavit. Est genus quoddam hominum in Massilia, quod ad hæc usque tempora vocatum est Protiada, nam Protiades filius Euxeni fuit, & Aristoxenæ, Athenæus lib. 14. cap. 13. Dignosissimus.

CALLIAS Atheniensis vir clarissimus, & summus Pissistrati hostis, Filibus tribus, postquam nobiles existeret, hoc magnificentissimum munus est gratificatus: ut quem sibi unquamque vellet ex omnibus Atheniensibus, eum sponsum deligeret. Herod. lib. 6.

Alorum, Consensu interim suo.

Cum Rebeccam Abrahami servus Eliezer herili filio Isaac in matrimonium peteret, frater, & mater ejus dixerunt: Vocemus puellam, & quæcumque ipsius voluntatem. Gen. 24.

Sara filia Raguelis, dicebat in oratione sua: Virum, Dominem, in timore tuo, non cum libidine mea consensu suscipere. Tobia 3.

Senatus in Capitolio cœnans eo die, quo P. Scipionis patrocini Tib. Gracchus tribunus suscepti, auctor fuit, ut Africanus minorem ex filiabus Tib. Graccho responderet. Hac sponsum facta rediens domum P. Scipio, cum uxori novam affectionem nunciasset, indignata mulier dixisse fertur, non debuisti cum inconstata matre filiam respondere, etiam si Tiberio Graccho locare potuisset. Id responsum Scipioni jucundissimum fuit, cum vidit conjugem in eadem sententiam, in qua ipse consisteret, de locanda filia indidisse. At hæc nonnulli de Tiberio filio, & Appio Claudio ejus fœdero tradidere. Nam Polybius, & alii locupletissimos doctores, Corneliam, quæ Cajum, & Tiberium peperit, post mortem Africani Graccho nupsisse scribunt. Fuit enim G. Africano Emilia uxor L. Pauli filii, qui consul pro republ. ad Cannas occubuit. Ex ea genuit filias duas, quarum majorem natu P. Cornelio Nasice, minorem seu in vita seu post mortem patris, Tiberio cæteræ Graccho nuptam constat. Auth. vitæ Scipionis.

Carolus Magnus Eginardo epistolaram magistro filiam portatricem ejus despondit. Vide Titulum. Parentes erga liberos Clementes.

Raptu.

Vide Tit. Raptus Maritorum, sub loco Libidinis.

REPUDIATIO NUPTIARUM.

Ex loco Amicitia hic transferuntur ea, quæ de Repudiatione Sponforum, & Sponfarum attulimus.

Procis, qui nuptias ambiunt Lylandi filiarum, mox inopia ejus post vitæ exitum erumpente illis renuciaverant, multam B. hori dixerit: quod cum, cum pecuniosum arbitrarerent, coluissent: justum, & probum ex tenuitate compertum repudiavissent. Plut. in Lylandio.

Quere Divortium.

IN CONJUNCTIONE.

ΠΡΟΠΑΤΑΙΑ, DESPONSATIO, DESPONSALIA.

Sponfus sponse fidem dat, & accipit. Varia hic occurrunt: puta Habitatus sponfi.

Cois in more fuit, ut sponfi cum incensu sponfaliam, muliebri veste induantur.

Auspicium.

Apud antiquos non solum publicè, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius facto. Quo ex more nuptiis etiam nunc auspices interponuntur: qui quamvis auspicia petere desiverunt, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant. Val. l. 2. c. 1. Etenim ipso sponfaliorum die, signatoribus, & auspiciis duobus nuptias, castra, & legitimas auspiciabantur noctu, nonnunquam die luce prima: in quo id cavebatur in primis, ne motus eœli, aut terra fieret, neve turbatore cœlo, & die inquieto fœdus inirent. Hæc enim præci-

puæ nuptiis ad veritatem putabant. Optima auguria à turture, & a cornice: ita verò demùm, si par integrum apparuisset. Singulares autem vidisse, pro pessimo habebatur. Idcirco in ritibus antiquis ait Orus Apollo tenuisse consuetudinem, hæc ut verba in nuptiis accinerentur, & *carpe non carpe*, quibus ex felici domo cornix singularis, id est, vidua ut exigeretur, ancille imperabat. Sanè utrumque animal adeo sui conjugis studiosum, ut eo morte affecto, superstes nullius appetat præterea conjunctionem. Cornix verò adeo casta, ut nullam coitus persequi feriderat, ore concipere credita sit. Qui tùm pro marito auspiciabatur auspex, idemque paranympus: qui pro uxore, & pronuba dicebatur, quæ uni semel nupisset. *Alex. & Scalig.*

SACRUM.

PROTELEJA, quasi Præparatoria dicas, diem appellant, qua nuptam virginem parentes in arcam deducunt ad deam, & victimas ob conjugium, quod & *proas* dicitur, immolant. *Suid.*
 Post auspicia sacra faciebant, porcumque Junoni, deducto ex Hetruria more, immolabant: quam *proas* fas erat nuncupare. Præterque eam invocabant Jovem *proas*, Venerem Dianam Cinxiam, Susdelam, *proas* veteres autem idem fuisse quod, & *proas*: propterea quod humana vitæ perpetuatio nuptiarum merito perficeretur. His diebus, deabusque comæ partem virginis tanquam primitias offerebant. Hostiæ verò exemptum sel circum aram proiciit solitum: cæteræ partes adolere, quod expectationem faceret futura inter conjuges tranquillitatis. *Scalig.*

Sponsio.

Fuit Antiqui moris, ut qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ductenda erat, eam in matrimonium datum iri stipularetur: idque in nuptum daturus erat responderet: qui contractus stipulationum, sponsonumque dicebatur Sponsalia, à spondendo, unde etiam sponsi, & sponsæ nomen ductum, teste *Ser. Sulpitio Ulpiano, & Florent.* Verrus Flaccus *Græci esse mavult, quod æquid de interpositis rebus divinis facerent.* In ea sponsione, nec propria nomina sponsi, sponsæve exprimerentur: sed vitæ Cæj, virgo verò Cæja dicebatur. Nadus hic consensus, etiam absque scriptura, sufficiebat: licet in tabulas, ut plurimum sponsalitiæ conventiones referrentur, & sponsaliorum acta sponsæ à spondente daretur annulus. Sponsalia ferebantur Nuptiis, quibus sponsa in sponsis potestatem veniebat, & uxore fiebat. Tribus olim modis uxores queri solitas, Ufu, Farre, Coemptione, *Arnob.* testatur *lib. 4. contra Gentes, & Boetib. in 2. Topico.* Cicero ibi duas formas uxorum tradit: unam Matrum familiarium, que in manum non convenissent. *Ulpian.* in *fragmentis Institoris,* in manum tam farre, quam coemptione conventioni solitas scribit. Nuptias definit Modestinus divini, & humani juris conjunctionem, & Gordianus uxorem rei divini, & humanæ sociam appellat. Est igitur contractus quidam Matris cum uxore, vel Apertus, vel Tacitus. Apertus, cum dextera fides apertè intercedit (quod est in manum venire) certis consensibus caremonis, illique vel sacris, vel profanis. Sacra fuit Constatratio, solis concessa Pontificibus, teste Boethio. Atque à primo Urbis ortu peræque omnibus nuptiis far intervenerit *Dion. Halicarnass.* *lib. 1. Antiq.* indicare videtur, cum farra idcirco conjugia vocari afferit, propter communem libi ex farre confecti, quod Græcis zea dicitur. Sacrificiis alioqui omnibus Far adhibebatur à Latinis, ut à Græcis Ordeum: quasque hi *zæas*, ab ordea, illi farrium vocabant: & mola (sala, secundum *Ser.* Pompejum, nihil erat aliud, quam far totulum mola contutum & sale asperitum, quo d. hostiæ aspergebantur, Farre, inquit Ulpianus, conventum in manum certis verbis, & testibus decem presentibus, & soleim sacris factis, in quo panis farreus adhibetur. Atque ut Constatratio jungebatur, ita Diffaratione dirimebantur conjugia, teste *Ser.* Pompejum, 4. quod erat sacrificium certum genus, farreo libo adhibito. Cæterum intermissam suo jam tempore constare adferendum Tiberius Imperator *Tacit.* *lib. 4.* narrat. Profanus autem matrimonii contractus, isque apertus, Coemptio dicitur est. Hanc imaginariis venditionibus peractam, ut & adoptionem, credibile est, in eaque faciendâ nummos aliquos dotis, causa intervenisse: id quod in aliis quoque legitimis actibus observabatur, in quibus speciebus mancipationis solemnitas representanda erant. Vir ita soscibatur. An sibi mulier esse materfamilias vellet? quæ respondebat Velle. Mulier item, An sibi vir esse materfamilias vellet? cum respondisset Velle, in viri manum mulier conveniebat, junctisque dextris inter se deosculabantur, teste

Terull. de Virg. velandis. Quæ coemptio in manum convenerat uxor, propriè Matris Familias nomine exaudiebat, E quoniam non in matrimonium tantum (ut uxor, quæ etiam Matrona dicitur à matris nomine, etsi nondum adeptio, tamen cum spe, & omne mox adipiscendo) sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset, & in manu, mancipioque mariti esset, aut ejus, cujus in manu, mancipioque maritus erat. Atque hoc esse videtur, quod *Jurecof.* dicebat, in familiam nubere. Ob hunc in alienam familiam transitum capite dimini censebatur: indeque in minimis capitibus minutibus conventio in manum, & adoptio numeratur Ulpiano in fragmentis. Mulieri in manum convenienti tutores auctoritatem præstabant, ut omnia, quæ ejus fuerant viri fierent dotis nomine: & Boethius uxore defuncta, quæ in manum convenisset, bona ejus ad virum pertinuisse bene colligit. Vice versa mortuo viro superstes uxor non aliter, ac patri filia hæres existebat ex asse, si liberis caretet: si haberet, æquam cum eis partem ferebat. Porro tacitus matrimonii contractus, & in manum conventio tacita, Ufu constat, atque adeo usu furtas, ac quasitas uxores eas fuisse (quando veritas hæc sine involuta tenebris) probabilis est, quæ matrimonii causa in domum absque coemptionis solemnibus deduce: toto vertere anno, cum viro adfuerit, quæ post id temporis ex XII. Tab. in manu, mancipioque viri fuerint, quasi usu, id est, possessione viro mancipata. Usus cerè legitimus fuisse dominiorum querendorum, & adipiscendorum modum nemo ambigit. Proinde quemadmodum res mobiles anno possesse, possessoris ex jure Quiritam se habere ita que nec farre, nec coemptione in manum convenisset, fed in domum duntaxat pro uxore deducta esset mulier, tutoribus auctoribus uxor quidem habebatur: cæterum non ante in manum viri convenisse censebatur, quam apud eum annum, nulla trinoctii absentia (perfectum enim trinoctium ex lege XII. tabularum usum interumpere poterat, & interpellare conjugij) interposita, impletet. Transacta vero annua die, tum ulu viri quasita uxor judicabatur, pro coque erat, ac si in manu solemnibus verbis convenisset (ut potè usu, ac possessione, quod solemniter defecerat, supplet) iustitæque, & Matronæ loco habebatur (etsi sibi liberi nati non forent, teste *Gellio*: à matris scilicet nomine non adeptio, cum spe tamen adipiscendi) hoc ipso differens à concubina, quod Uxor matrimonij, Concubina consuetudinis tantum nomine habebatur. Atque ex affectu, & G animo habentis ea res plerumque censebatur. Quanquam in liberæ mulieris ejusque ingenia, quæ corpore quantum non fecisset, consuetudine non concubinatus, fed matrimonium intelligeretur: quam qui in matrimonio habere recusatet, in legem Juliam de adulteriis inciderebat. Ex earum vero mulierum, quæ liberae essent non tamen ingenuæ, aut corpore quantum fecissent, consuetudine, utrum matrimonium, aut concubinatus induceretur, ex voluntate mariti pendebat. Nam si maritali eas honore, & affectione prosequerentur, Uxores: si minus, Concubine censebantur. Ex illis suscepti liberi, iusti, ac legitimi: ex his vulgè quæsit, ac Spurij existimabantur. Itaque quæ concubina fuerat, nata voluntate uxor haberi poterat: neque ad matrimonij substantiam tabularum nuptiarum ob signatio necessaria erat, teste *Papiniano, & Quintiliano.* Dignitate item uxore à concubina distinguebatur. Proinde Commodus, Spartiano teste, uxorem dignitatis esse nomen non voluptatis dicebat. Eam quæ uxoris loco sine nuptiis in domo esset, Pellicem dicebat ex quorundam sententia Paulus refert: rectius vero eam, quæ jundâ consuetudine esset cum eo, in cuius manu, mancipioque alio matrimonij causa foret. *B. Brisson. IC. de Rit. nupt.*

Symbola.

Perfæ, & Assyrii accepta, invicemque data dextra, fedus matrimonij in eum, quemadmodum & Germani. Nihil enim apud illos fide erat antiquius. Apud Galatas in sponsalibus ex eodem poculo vir, & uxor simul bibebant, in sponsi more ostendebant, eas nuptias probe contractas esse, in quibus tanta esset conjugum concordia, ut perpetuo cõmunis cibus, & potus grata sit. *Alex. ab Al. 2. c. 5.* Sic Camma Sinorigè ulla fuit. * Moris quoque erat, ut uterque contrahentium aquam, & ignem tangeret: quo ipso significabatur, omnia inter ipsos ita debere esse communia, quemadmodum duobus illis elementis ad vitæ hujus sustentationem necesse habebant. Atque id veluti signum, & artha erat matrimonij contracti, quemadmodum hodie annulus. In limite autem domus Ignis, & Aqua ponebantur: utrumque sponsus, & sponsa manu tangebant, ipsaque nuptias celebrabant. Hinc uxor Aqua, & igni

& igni accepta apud *Scævola* in l. *Sejth 66. §. 1. ff. de donat. A. in. vir. & uxor.* Cujus rei ea potissima videtur ratio, quod Præci putarent Aquam rerum omnium elementum esse. Ignem vero formam. Quæ sententia & *Varroni* placuisse videtur, dum *lib. 4. de Ling. Latina* sic ait, causa nascendi duplex Aqua, & Ignis. Et ut uxor formas ex aqua per admixtionem Ignis produci, Veteres rectè existimantur: & exinde Ignis, atque Aqua Sacramento nuptiarum fœdera auspiciatissime sanciri. Sunt qui ex Aqua, atque Ignis ratione Conjugij commoda significari putent, quæ ex uxoria consuetudine, & unanimit concordia percipiuntur: cum nihil ferè sit in rerum natura igni jucundius, nihil utilius Aqua: quare Aquam *Pindarus* optimam, *Homero* etiam comprobante, nuncupavit. Ignem quoque ardorem auri parti eloquij profectus *Jo. Pierius* l. *4. 6. Hieroglyph.* Tacco de elementorum istorum necessitate: quandoquidem sine his vita hæc fullimè nequeat. Inde enim aqua, & igni interdicitum fuisse dammat, *Festus* notat, quod & *Qvidius* amplexus est 4. *Festor.*

An quod in bis vitia causa effi hæc perdidit exul?
 His nova fit conjux, hæc duo magna putant?
 B. Quamquam tactu illo etiam participationem, & communionem bonorum, & fortunarum omnium inter Conjuges adumbratam fuisse, non improbabile quis dixerit: ut scilicet aliarum rerum omnium, non fecus atque ipsius Aquæ, & Ignis usus communis ipsis esse debebat. Videtur idem *Festus* quodammodo inmisit, cum ita scribit: aqua adpergebatur uxor nupta, five ut pura, castaque ad virum, veniret: five ut ignem, & Aquam cum viro communicaret.
 De ritu ulu Ignem, & Aquam tangendi, ita quidam lult: *Querebam, nova cur Nuptia olim tangere flammam Ardentem, & liquidam usque fuisse aquam? Quærenti triplicem seniores mihi Scævola causam reddidit, atollens triße supercilium. Ignis humoris mixtus calor omnia ægignit, Quæ terra, & pontus, vastus æther habent. Tangit, Aquam, rutilis Ignis nova Nuptiaque tangit. Finit ut auspicio hoc fertile conjugium. Ignis ut purus censeatur, puraque Lympba: Sic puram ingreditur famina pura torum.*
 C. Tum veluti usus, Aqua nobis communis, & Ignis, Sic commune bonum famina virque tenens. Scilicet omne bonum hoc melius communis est, quo Id quoadam juris quod docere *Sophi.* Sit tamen invitus nullus communio cogit, Cogitur UXORES cur veterem MALAS?
 Apud Græcos, Mæcedones, Thracas, Triballos, Pæones panem gladio divilum, sponsum, & sponfam, cum ineunt sponsalia, gustare solenne fuit. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. & Scaliger. lib. 2. Post. cap. 100.*

ALEXANDER Magnus viâ Rhoxane Barbarâ satrapæ filia in convivio, affert Mæcedonio more panem iulst, cumque gladio dissectum uterque libasset, matrimonio eam sibi junxit. *Caef. lib. 28. cap. 15. A. L.*
 Far totulum præferebant non omnibus in nuptiis, sed iis duntaxat, in quibus viro virgo dabatur usui tantum, non autem mancipio: atque idcirco appellabatur jus ejusmodi nuptiarum, Constatratio.
 ROMULUS in communicatione panis, & aquæ matrimonij fedus iniisse traditur.
 D. Lappomum Septentrionalium nuptiæ conjuguntur igne per chalybem è duro sicco excusso, ut symbolice conjugalis amoris occultum, sed vividam flammam denotet, & communium liberorum productionem insinuet. *Olaus lib. 4. cap. 7. Septent. reg. & Zieglerus in Scandia.* An quod nihil magis fit necessarium illi regioni? quare ad ejus quoque reparationem puto silecem comparari. *Scalig. lib. 5. Poëticæ, cap. 100.*

ATTESTATIO.

Stipulatione apud Rom. facta, & sponsones sequuta, ignem, & aquam in limite appositam uterque tangere jubebatur, quæ etiam nova nupta aspergitur, quasi eo federe inextinguibili vinculo, & mutuo nexu forent copulati. Hæc enim elementa sunt prima natura, quibus vita, videlicet communis constat: & quibus qui extorres ab hominum cætu futuri sunt, interdici legibus solet, ubi *Parricij* scribit, & *Festus, & Plin.* in *Proble.* nempe quod generationis causa in calore, & humore posita sit: ejusque rei velligium est in l. *Penul. D. de donat. inter vir.* ubi scævola significat, aquæ, & ignis adhibitione nuptias celebrari.

Sponsa apud Anglos, postquam aquam benedixerit sacerdos, in templo incipit bibere, sponso, & adstantibus idem E mox facientibus. *Polyb. lib. 1. cap. 4. de Inveni.*

MUNERA.

Dona & Munuscula virum ab uxore, vel contra accipere, legibus erat, & scripto jure Rom. vetitum: nefas existimantes, quos legitimus amor conjunxisset, donis videri sponsi allici, quàm conjugali amore concilii. Annulus tamen sponsus dono mitebatur à viro, qui pronubus dicitur, sine enim erat feruus, & sine gemma, præica, videlicet secula, & antiqui videtur parsimoniam, ac frugales mores designans: vel gemma aberat, ut rei describeret simplicitatem. Materia ad constantiam spectabat. Forma annuli ad perpetuam junctionem. Contra, teste *Varrone*, sponsa ex tribus alibus, quorum unum in manu, alterum in pede, tertium in facieperio, hoc est, majore crumena forebat: primum sponso dabat, quasi cum sibi illo pretio contemptum esset habitura. Alterum in foveo diis Laribus deponebat: quem & igni luculento, & corollis sua manu (namque alia non licebat) plexit, ut ait *Plautus*, augebat. Tertium in vicino composito defodiebat.

Apud Germanos sponsus complacite mulieri, quam dncece animo deslinavit, dotem dat: quæ exhibitâ, fœnatum Equum, & boves, scutum, gladium, & arma, tanquam pignus amotis, uxori mittit. *Tacitus.*

CERTAMINA.

Apud Sacas nupturæ, cum sponso certamen prius ineunt. In quo cum sponsa superior est, per omne vita tempus viro imperat: si inferior, sub mariti imperio esse cogitur. *Aelian. lib. 12. de Varia historia.*

ATATAIA Sponsus Sponsam IN DOMO paterna quatit, adit, Nuptiæ proprie. Consideretur.

TEMPUS IPSARUM NUPTIARUM.

Peris sponsus contrahere, aut maritale conjugium inire, initio verni æquinoctij tantummodo permititur: reliquo anni tempore non licet. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5.*
 Inauspicatum Rom. existimabatur, mulieres Maio mense nubere: five quod eo mense umbra Remi occisâ à fratre Celere, creditur apparuisse nutritio suo Faustulo, atque Aelæ Laurentiæ, mandasseque ut manibus suis iusta pestilloceretur. Unde & Romulo auctore, festa Remuria dicta, posteritas mutata litera Lemuria, velut à Lemuribus appellare cœpit. Ex umbris majorum his diebus parentari solitum, atque ob id dies illi inter scitales habiti, ac nuptiis nefasti. *Ovidius in Fasti.*

Nec vidua tadis eadem, nec virginis apta Tempora, que nupti, nec diuturna fuit.
 Hæc quoque de causa, si te proverbium tangunt, Mens malis Maio nubere conligunt.
 Plut. in *Probl. Rom.* alias quasdam causas refert, vel quod mediis intercedat inter Aprilem, Veneri sacrum, & Junium Junoni dicatur, quarum utraque dea nuptiis præsidet: proinde propter auspiciam deæ: aut maturantes pauli nubebant Aprile. aut pusillum prorogantes Junio. Vel propter sancta quæstia piacula, quibus per id temporis utebantur Romani, hominum effigies de ponte in Tiberim præcipitantes, cum antè Græcos consueverent. Atque ob id Flaminicam Junonis sacerdotem, quasi luctum illis diebus agere, nec ullo solemnium cultu solitam uti. Vel quod Mayas à natu majoribus Junias à junioribus denominatas esse videatur. *Erasim Childasij.*

Cur in festis publicis nubere, non erat fas Virgines Romæ, H cum tamen viduæ tunc nubent? Utrum, ut Varrò est auctor, quod mæta nubant virgines, mulieres lætæ: festo autem non liceat quibus per molitiam agere, nec coadit? An potius quod virginibus honestum sit, non paucis, viduis turpe, multis nubere presentibus. Hinc primæ oportabiles nuptiæ, odiosa secundæ sunt, crudelium namque, si vivis prioribus viris eloquentiæ sibi, si defunctis, lamentatur. Itaque silentio valente, quam cum tumultu deducit. Festa autem terrabant vulgus, his ut vacare nequeant. An quod, cum Sabino more natas, quæ virgines erant festo rauissent, implicati fuerunt bello: pro inauspicato habuerunt, si filie diebus festis nubent? *Plin. in quaslib. Rom.*

Nuptiis copulandis Calendas, & Idus religiosas id est, devitandas Romani censebant. Hi enim dies feriati sunt. Feriati autem vim cuiquam fieri piacularare est. Ideo tunc vitantur nuptiæ, in quibus hær vis virginibus videtur. Sed Verrium Flaccum, juris Pontificij peritissimum, dicere solitum refert Varrò quia feris tergere veteres fofas liceat, & nuptias facere jus non esset: ideo magis viduis, quam virginibus idones esse ferias ad nubent.

nubendum. Nonz feriatz non sunt, & tum neque ipse nubentium. Nam quia primus nuptiarum dies verenduz datur: postridie autem nuptiam in domo viri dominium incipere oportet adipisci, & rem facere divinam: omnes autem postridiani dies, seu post Calendas, seu post Nomas inhabiles nuptiis esse dixerunt, ne nupta, aut postera die libertatem auspicari uxorem, aut autu immolare, quo nefas esse facta celebrari. Macrobius lib. 1. Saturni, cap. 16.

Nuptiæ prohibentur Rom. dum Ferialia, seu Parentalia sunt, ac diebus impuris, quibus ancylia in templo Martis nondum condita sunt, vel festis diebus, & mense Julio, nisi post Idus, quoniam nuptiis copulari religiosum erat. Quintilianus animadvertit, postera die à Nonis, Idibus, vel Calendis, uxorem, sponsamve ducere Romanis non licere: sed eos dies velut tristis omine infames, & detestabiles censeari: quoniam hi dies atri decreto pontificum habentur: quibus legiones educere, aut acies cum hoste committere, vel quoniam publice rei agere, religio non sinit. Alex. lib. 2. cap. 5.

Deductio sponsi in ades foetri. Absoluto sacrificio diei nuptialis, in foetri ades deducebatur sponsus ab eo, quem Græci παρρηγορῶν, quasi epus asseclam nominantur: alique etiam νυμφηφόρος, alii παρρηγορῶν vocabant, quemadmodum mulier, quæ sponsæ aderat, νυμφηφόρα dicebatur illis, nobis Pronuba.

Athenis ingredienti sponso, in caput ex editiore loco figulus, parmula, segumina frangebantur. Nunc quibusdam locis etiam triticum demittunt. Scal. lib. 3. Poet. cap. 100.

Raptus sponsæ. Nuptiam vir è sinu matris diei causa apud Rom. rapiebat: aut si ea non erat, ex proxima necessitudine: quod, ut ait Festus, ea res feliciter Romulo cesserat.

Culcus corporis Coniugum nuptialis. Apud Indos, nisi nubentes unguento, quod ex arboribus Phalis fluminis distillat, delibati forent: neque matrimonium, neque cognationis iura legitime contrahi putarunt. Alex. lib. 1. cap. 24.

Apud Latinos usul, ut nova nupta, sponsusque vitta purpurea candido distincta, aut velle verticillori amicitur, aut jugum pariter subcant (unde & Juno Jugalis dicta est, quasi æquissimo jure, & concordibus animis invicem nequerent, societasque, & communicatio vite coita foret) aut caput obnubant, unde Nuptiæ dicte. Alex.

Cultus sponsi. Moris fuit Athenis, ut nuptiarum die sponso per puerum genere proximum (quem νυμφηφορῶν vocant) balneum e fonte, qui nunc Enneacrunos, olim Callirhoe dicebatur, afferendum curarent. Etiam in eorum sepulcris, qui cœlibes decessissent, puer stulam tenens collocabatur. Suidas.

Cultus, Ornatus sponsæ. Apud Rom. caput hasta gladiatoriis, quæ in corpore mortui stetit (quæ cœlibatis dicta est) sponsa comam ornabat, & frontem à coma secebat. Opinari licet, quasi fortes ea de causa viros le genituram omitteret, aut quod matronæ Junonis Curetis in tutela sint, quæ ita appellabatur à ferenda hasta, quæ Sabinorum lingua curis dicitur, vel quod nuptiali jure nubens, viri Imperio subiciatur, quia hasta armorum, & Imperii summa est. Plut. in quest. Rom.

Apud Græcos sponsa verbera, quæ Veneri dicata est, & floribus, herbisque à se lectis corollam texit, eamque sub amico deferat. Alex.

D. Lorentibus in usu erat, ut matronæ ex lectis floribus neclant coronas: nam empty gestare ferta, vitio dabatur. Alex.

In Scotia sponsam obtegentes, asparagonia coronabant, nam ut ea suavem ex spina acerrima fundit fructum, sic nova nupta primam asperitatem suam non reclinant, nec indignanti marito, urbanam, jucundamque vite societatem præstabit. Cælius lib. 28. cap. 18. A. L.

In Anglia picea corona sponsa redimita caput, præsertim ruriducitur, vel manu gerit ipsam coronam. Polyd. lib. 1. cap. 4. de Invent. Rerum.

Obteclio. Tum verò operiebatur virgini caput, atque facies: unde ab obnubendo Nuptiæ dictæ sunt. Id velum erat Græcis κάλυψος, à Latinis flammæum, & Croceum, propterea quod lutei coloris esset, ut in pudor virginis prodetur, aut si quid animadvertetur in facie ruboris, is è volor color non è genis emicare putaretur. Eo certè matronæ spectatæ pudicitia regebantur: eoque Flaminica, hoc est, Flaminis uxor utebatur, cui

divertere à viro non licebat, idè sine diffidio matrimonium fore opinabantur, teste Festo. Alii nubentium capita velari E. consueisse scribunt, ut se maritis obnoxios perpetuo futuras intelligerent, ac proinde humilitatem præstarent. At in libro de Patriarchis Ambrosius, id pudoris gratia factitatum scribit. Priorem tamen sententiam comprobant idem super primam ad Corinthios Epistolam, Cælius lib. 28. cap. 15. A. L.

Apud Spartanos in more fuit, ut virgines innuptæ, & quæ nullo conjugii federe junctæ essent, facie invelata, & aperta: nuptæ vero, nisi velata parte oris, & apertò capite, foras prodirent. Alex.

Vestitus sponsæ, Cingulum. Apud Germanos, cum sponsa ad virum ire parat, in ipso nuptiarum celebri officio rectam tunicam, & puram togam induit.

Festus scribit, Cingulo novam nuptam apud Rom. & Græcos præcingi, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis: ut sicut illa in glomosis sublata conjuncta inter se sit, sic vir suis fecum cinctus, vinculusque esset. Hunc Herculeum nodum nemini nisi sponso in generali thoro, & dum sacrum nuptiale sit, solvebat, permittitur, omnis causa sollicit, ut in sobole agnenda, educendisque liberis, sicut Herculeus, & secundus foret, eo argumento, quod illum eximia fecunditatis (quippe, qui septuaginta ex se liberis reliquit) fuisse dicunt, Zona quoque novam nuptam circumcingi, quæ nuptiarum die à viro solvebatur, nonnulli ferunt. Id Homerus in Odyssea, de Tyro virgine à Neptuno compressa testatur. Et Cælius.

Quod zonam solvit diu ligatam. Nova præterea nupta cingillo præcingebatur, id vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis, ut cum ille vir vinculus, cinctusque esset. Polyd. lib. 1. cap. 4. de Invent. Rerum.

Locus. Sessio sponsæ. In lanata pelle nova nupta, nuptiali mundo compta, Roma confidere solebat: vel ob vetustum morem, quod antiquis homines pellibus consopierunt: vel atterebatur, lanificium se præstaturam viro. Cælius lib. 27. cap. 14. A. L.

Luticinis in roseis tantum ornamentis sponsas locare permittitur, alterius generis non permittitur. Alex.

Deductio sponsæ. Apud Romanos, teste Festo, præterati pueri patrum, G & matrum, id est, qui patrem, & matrem habent, nubentem ducebant, unus, qui facem ex alba spina (de qua Plut. lib. 16. c. 18.) præferret (nam noctu, ut ait Plut. in Problematis, nubebant) duo qui sponsam manu tenerent: & ea fax in Cereis honorem præferrebat (ut quemadmodum Ceres mortales alit, quæ terræ mater, ac cunctarum frugum creatrix habetur: ita nova nupta materfamilias post facta, filios nutrit) puerorumque, & puellarum cantibus inter se respondentium ea deducit celebrabantur. O hymen hymenæe, hymen hymen o hymenæe. Plutarchus quinque fuisse faces scribit, quod is numerus maxime nuptiis conveniret.

Apud Rom. etiam erat, qui far tostum præferret, scilicet quæ nihil confarreationis federe in sponsalibus religiosius fuit. Idè in dirimendis nuptiis, & si quando, vir ab uxore divertere contendit, diffarreationem fieri accipimus. Alex.

In Anglia duo pueri, velut paranympsi, id est, auspices, qui olim pro nuptiis celebrandis auspicia capiebant, nubentem ad templum, ubi ei, & marito sacerdos benedicat, & inde domum duo viri deducunt, & tertius loco facis, vasculum aureum, vel argenteum præfert. Polyd. lib. 1. cap. 4. de Rerum Invent.

Apud Laponnes, nuptiis præ ignem celebratis, sponsam armellinis pellibus, ac zibellis ornata, rangifero, quasi domesticio cervo, amicum insigni caterva, secundum familiæ excellentiam comitata, agnati imponunt: atque ita in thalamum, vel tentoria, medianibus tripudiis, fecunditatem, & sanietem precantes inducunt. Maritus vero lyncæi ornatus pellibus, aut mardurinis, tanquam patricius Venereus, incedit: precio pellium æquæ æstimandus, ut alii gemmis onusti, vel torquibus deauratis. Olavus lib. 4. cap. 7. Sept. regionum.

Cum prisca putarent Aquarum rerum omnium elementum esse, ignem vero formâ: utrunque in limine positum ab utroque manu tangebatur: ipsaque nupta ejusdem aque aspersione lustrabatur. Tum ex coigni faces accendebantur ad ædificios, quinque numero, quos è illos fuisse Varro autumat, ut scribit Plutarchus, quas faces Cereos appellabant. Sanè unius tantum ferit

etere mentionem facit Plautus. Eas faces aliæ gentes ex picea, pineave tæda cadere: Romanos Pastores raptis Sabinis, & spina arbore tenerent invenisse conficisse: quam materiam posteri quoque experierint. Alii multum facultatum numerum à numero decorum conjugialium. Adhuc enim tres tantum fuisse non quinque. Scalig.

Invenio facem in nuptiis in honorem Cereris prælatam, aquaque aspersam novam nuptam, five ut pura, castaque ad virum veniret, five ut aquam, atque ignem cum viro communicaret. Quod Servius. Varro idè dicit faces præire nuptas, quod ante non nisi noctu ducebantur à sponis. Homerus Illiad. σ. νύμφας ἐν θανάτιον ὑπὸν ἀμειψόμενον ἢ γυναικὶ ἀνὰ δούρ. Brodeus in 3. Epigram.

Faces pronuba, & quæ uni semel nupserant, ante congressus conjugales novæ nuptæ deferant. Alex.

SACRUM.

Tēdior, nuptiale sacrificium, & nuptiarum diem aquæ dixerunt, atque etiam tum à nuptiis, cum ab eorum numine Junone idem sacrificium præstaretur, ut ait Pollux Sub vesperum, aut noctu possimum celebrabatur.

B. Junoni nuptialis τῆ γαμήλιῃ vel τολύπῃ ἵερῆ, rem divinam cum faceret, è victima, sèl exemptum post aram abjicere, moris fuit receptissimi: innuente (opinor) ejus quisquis fuit auctor, bilem profusum, iramvæ à conjugali sequestrandam jucunditate. Ut enim viri, & matronæ austeritas utilitatis plurimum, amarulenti nihil interitulum habere congruenter debet. Alexand. lib. 28. cap. 21. A. L. ex Plut. Præceptis conub.

Apud Hetruscos, in conjunctione nuptiali viri sublimes porcum immolant, quasi diis testibus illud bene celsurum, & futurum inviolabile. Quod quidem dimere non licebat, nisi divortio, morte, captivitate, vel servitute. Alex. lib. 6. cap. 4.

Mos Veterum fuit, Mercurium juxta Venerem in nuptiis collocare: veluti inuenerit, nuptiale voluptatem ratione, atque sermonis imprimitis indigere: item τῆς πύλης ἢ τῆς γέφυρας, id est, Peitho, five Suadela, & Gratiæ: ut quæ voluntas serberat, ab altero sine pugna, citraque contentionem ullam induci transigeret. Venerem nitrulo minis dictam veteribus comperio infirme nomen, quia vespertina mulieribus optulitur, viris autem matutina. Cælius lib. 28. cap. 18. Antiq. lib. 1.

C. Græcis nubentium matribus tenere faces in nuptiis negotium datur, quod δὲ ἀνύμφῃ dixerit: simulque carmina, & Pseccinnos versus, atque sacrum hymnum, quem Epithalamium vocant, decantare, atque in his quinque deos precari solebant, ut novæ nuptæ volentes, & propitiæ adessent, prolemque fecundarent, Jovem adultum, Junonem adultam, Venerem, Dianam, & Suadela. Namque hæc numina conjugii præse præstabant. Alex.

Cincias Junonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initium conjugii, solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.

Apud Rom. nuptura, antequam sponsum accederet, in sinu Furini dei aliquandiu sedebat, scilicet nuptiarum eventum à volente, propitiouque efflagitatura. Alex. lib. 6. cap. 4.

EVARISTITUS Pp. Romanus primus decrevit, incestum haberi conubium, cui faceros non adfuisset, consecrassetque illud, ac nisi puella à parentibus solenni more viro desponsa foret.

D. Nonnemo Sotero id assignat. Polyd. lib. 5. cap. 5. de Rerum Invent.

Apud Suecos, & Gothos quando sacerdotis benedictione sponsus sponsæ annulum conjugii exhiber: adstantes utrique alapam insigunt, ut meminerint date fidei. Olavus 1. 14. cap. 19.

LOCUS NUPTIARUM.

Nymphae domus publica erant, in quibus solebant nuptias celebrare: si qui angustiores habebant domos, quam ut nominum multitudinem caperent. Et ex erant conjuncta domibus maximis, in quibus Senatus celebrabatur: quod apertissime docet Zonarus in Leone I. ubi crudelis, & horrendum Constantiopolitanum incendium describit. Cassin. in Val.

COENA, CIBUS, POTUS.

Parata coena nuptiali, ex Hetrusca disciplina porcum matabant, & ad accendum venerem bulbos, pincos nucleos, erucas, piper, præter cæteras epulas apponebant. Alii alia: pletrique papaveris succum, lacte, & melle dilutum exhibuerunt.

SOLON, nisi malo cydonio epulis adhibito, viri thalamum sponfam ingredi, promulgata lege vetuit.

Babylonis vir, & uxor non mensesur, nisi thymiamate prægustato. Carthaginenses in nuptialibus cœnis thymonurū concisis carnisbus vescuntur. A. ex. 19. Scalig. 3. Poet. c. 100.

Apud Persas nuptiæ in initio verni æquinoclii celebrantur, sponsum in thalamum procedit comesto primo malis vel cameli medalla, præter id nihil eodie. Strab. lib. 15.

Naucautarum nuptialibus cœnis cavebatur, ne quis ovum intulisse veller, aut μὴ σπυγῆσαι, id est, mellita. Cælius lib. 27. cap. 17. A. L. ex Athenæi lib. 4.

HYMNI, & CHORÆ.

Dicebatur Hymenæus cum choris, ita ut unus quispiam caneret, quoad Epiphonema subisteret. Quo pronuntiato, univerla chorea Hymenæum totidè numeris reunebat. Scalig.

Græcis αὐσιβάτωρ carmen in nuptiis modulatis vocibus canere solenne fuit, quod festo nuptiarum die Thecidis, & Peleli, deos decantasse olim ferunt. Idem in nuptiis, ἑλεῖθὶ ἡμεῖς οὐκ ἐλάττω, clamitabant. Aristophanes in Avibus.

Athenis inconditum carmen in nuptiis canebatur: Bonos ama, timidos repelle: scimus enim, timidorum ubique parvam esse gratiâ, Plato in Gorgia, in nuptialibus conviviis cantilenæ decantari hunc in modum, memoria prodidit: Formosum esse, ac divitem, ac bene valere, summum existimari bonum.

Cur apud Rom. celebris ille canitur in nuptiis Talassius? Utrum à lanificio? siquidem qualum thalamum vocant: sponfamque quando introducant, pellem caprinam subferunt, illa insert colum lana circumvolatam, & fufum, lanæque viri foies obducit. An quod proditur ab historicis, esse verum, juvenem fuisse bello fortem, ac cætera probum Talassium nomine. Cum autem raperent Romani Sabinorum filias, quæ ad spectaculum venerant, adducebatur à popularibus, & clientibus Talassii forma virgo præcellenti, clamantibus securitatis gratia, & ne quis manus admoveat, aut corripere præcullam, eam Talassio ferri. Igitur reliqui honoris Talassii causa glaulabundi applaudentesque comitati sunt, & profecti. Hinc quia feliciter cessit hoc conubium, aliis quoque obtruit, ut acclamarent Talassium, sicut Hymenæum Græci. Plut. in qu. Rom. lib. 2. in Pompejo, & Livius lib. 2. Decad.

LECTI PRÆPARATIO.

Ut Genialis apud veteres Rom. lectus duabus cultris in Genii honorem parabatur eximie: sic à Catullo dictum pulvinar est, ut reor, à generando Græcis tharus πτυδιῶν, propterea quod velo esset obtectus. Eum lectum duabus cultris adornaverat jam femina, quam & νυμφηφόρῃν, & δαμάτωρῃν Græci vocitarunt.

In ædibus foetri sponso thalamus adornabatur, ubi ferent nuptiæ, si sponsa esset virgo. Si autem vidua esset, ad sponsum ducebatur. Qui deducebat, Nymphagogus nominabatur. Inde pronuba accepta una ex facibus, lucernam conjugalem pervigilem, pernoctansque futuram accendebat: atque illico extinguere mos erat. Has verò ne sub lecto conderent, neve servatas ad rogam strudum deferrent, pro auspicialissima lege habebatur. Scalig. Alex.

DEDUCTIO AD LECTUM.

Ubi satis cantus, & saltationum, à præteratis in thalamum deducebatur, quinque facibus comitata, quæ ab ædificios accendi, & ex spino arbore fieri erat auspicialissimum: quandoquidem ex hac arbore in raptu Sabinarum mulierum pan-flores faces accendisse ferantur. Scalig.

Rapi solebat fas præterati, qui præluxerat, ab utroque amicis, ne aut uxor eâ sub lecto viri, ea nocte poneret, aut vir in sepulcro comburendâ curaret: quo utroque mos propinqua alterius captari putabatur. Præteratis dilectentibus, pronuba apprehensa sponsa manu eum ad genitalem lectum ducebat.

Ex veteri Græcorum titò est, nubentium matres in nuptiis faces tenuisse, quod illi δαδύχῃν dicunt. Id è παρρηγορῶν monstrat Euripides:

ὅτ' ἂν ἐπὶ τῷ πύργῳ εἴη τὰς νύμφας. εὖ γὰρ οὐκ, ὡς πάλαι μνηστὴρ ἔμελλε, id est, Neque ego tibi lumen succendi in nuptiis legitimum, sicuti beatam addecat matrem. Sed è in Apollonii Argonauticis Juno inquit δαδύχῃν τῆς δὲ τῆς, id est, facè prætulisse Thetidib, ob benevolentiam, dum matris officio fungitur: sic verò ait αὐτῇ ἢ σὺ τὰς νύμφας ἀδύχῃν νυμφηφόρῃν, αἰδὸς ἀγαθῶν ἄνδρα τῆς.

Cælius lib. 28. cap. 15. A. L.

Cantabris, nisi a viro sponsæ dos fuisset soluta, nullum erat matrimonii fœdus.

Romæ fuit lege cautum, ut si mulier viro in manum conveniret, omnia quæ mulieris fuissent, viro accederent dotis nomine.

Dotē data, id, quod mulieri sibi retinebat, Recipere dicebatur: & Receptitium id omne, quod extra dotem erat.

Apud Germanos dotem non uxor marito, sed uxori marito offert. Interiunt parentes, & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaerita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves, & frenatum equum, & lecti cum frasca, gladioque. In hac munera uxor accipitur: atq; invicem ipsa armorum aliquid viro offert, hoc maximum vinculu, hæc arcana sacra, hoc conjugales deos arbitrantur.

Ne se mulier extrâ virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsi incipiendis matrimonii auspiciis admonetur, veni-te se laborum, periculisque sociam, idem in pace, idem in prælio passuram, aursuramque, hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant: sic vivendum, sic pereundu.

Tacitus de moribus Germ. Apud Gothos non mulier viro, sed vir mulieri dotem assignat, ne conjux ob magnitudinem dotis insolens, dominari velit. Joan. Magnus lib. 7. cap. 9.

Dona, Munera.

Consule locum Liberalitatis in dotes.

Esæiæ dotes, dicebantur magnifica munera, quæ postero post nuptias die, sponsæ pater adducebat sponso, ac sponsa, pompa cujusdam specie: inter quæ etiam vestis dote dote dicitur. Hinc etiam Pæpæra dicitur, à παραφέρω. Præcedebat enim puer, candida toga, facem gestans ardentem. Post hunc canistrifer, post hunc longa series ad portantium aurum, pellice, fimgmata, lecticas, pectines, lectos, alabastos, sandalia, scrinia, unguentaria, interitum & dotem ipsam. Esæiæ, & Cal. lib. 28. cap. 18. ex Suida, & Polluce.

Cum donis sponsum produci solitam par erat, quæ dona ipsa marito ferret. Ea sanc sponsum vocabant Græci: quæ vetò ei rependeret maritus, id est. Quæ etiam simul cum illis vas quoque a focero, opertum illud, atque oppletum minuta vulpelle. Illi in quo etiam virginis essent crepundia, vasti nomen Camillus, ita enim ministris appellabantur. Scælig.

Anaclypteria dicuntur munera, quæ vir, & domestici, atque amici sponse contributebant, cum primum recte videndam se præberet, nam apud Græcos ἀνακλυπτήρια reveclare est, & anaclyptis revelatio est. Hæc à Varino theoretra item dicitur. Sunt qui Pindarum putent Agrigentum idem in Olympiis nuncupasse sacrum, quod olim esset Proserpine contributum ab Jove, de qua ἀνακλυπτήρια. Nam, & in Timoloneæ Plutarchus scribit, esset Proserpine sacrum Siciliam, & quæ suis præcipue ἀνακλυπτήρια dicitur dedit. Sunt & qui nymphas dici sponfas interprentur, sed 7. ubi prætoris quædam, quia nunc primum videndas se præbant, cum antea prodirent obsecræ. Cælius 1. 21. cap. 26. A. L.

Post die nuptiarum in oppido Leptæ mos fuit, ut ad forum sponso mitteret ollam penitum. Roganti responderent familiares, neque habere sese, & si haberent non daturus. Quo jam inde ferendus focrus (difficiles enim magna ex parte sunt) moribus assueheret. Scælig. 1. 3. Pœt. c. 100.

Romani oblectarunt, ut nuptialia munera foceri generis non mittant, quod erat lege vetitum: sed vas artis eximig, quod Camillum dicunt, ubi nuditas, & jocalia uxoris erant, opertum in nuptiis ferant. Alex.

Populus Aquilonarius mos est, novæ nuptæ plebeje conditionis, pro initiandis, augendisque armentis, & domestica spellechile, liberaliter donare porcã, ovem, & vaccam: atque maritos equinos pullos, canem, selem, & anserem. Olaus lib. 17. cap. 24. Septem. regionum.

Convivium.

Vide apud Gail. Stuckium. Curiosa, de variis convivii nuptialibus.

Postquam diem quem in dote quasi nuptiarum appendicem Græci dicunt, à novis, atque iteratis epulis Larini Reporia nominarunt, in eo namque sponfi affines convivium inflaurabant.

Taque, munus, quod datur curialibus post nuptias, aut uxorem ad curiales introductio. Sic interpretatur Didymus

grammaticus, & proverbium, γυναικὸς ἀποτυχία, Nuptiale munus dare. Nam qui uxorem duxerat, in nuptiis liberi nati scerentur tibi adhibitis, in nuptiis dabat aliquid curialibus convivii loco, Suidas.

Simulatione nuptiarum exercere latitanam. Vide locum de Simulatione.

De Conviviorum nuptialium usu, & abusu, variorum eorum luxu scriptis copiosis, & eruditè Guil. Stuckius. lib. 1. c. 25. Antiq. Convivial. In nuptiis, liberales, prodigi, Partii.

Vide Loca illarum virtutum, & vitiorum.

Nutrices. Nutricii.

DEFINITIO, ET USUS VOCIS.

Puerorum Educatio in duobus potissimum consistit, in cura scilicet sanæ corporis, cum animi. Corporis conservatur partim Alimentis, quorum respectu Nutritores, & Altitores dicuntur: partim exercitiis, in quibus Gymnasticæ operam suam præstant. Animus vero tam præceptis, quàm exemplis ad virtutes theoreticas, & practicas excolitur. Quæ cultura præceptorum est, & paedagogorum. Consule Tit. Tutores sibi: quatenus alimentorum curam gerunt.

Atamen Latina vox Nutricis vel Nutricii, non tantum significat alitorem, vel alitricem, sed infuper primum Infantis educatorem, & institutorem. Sic Plato vocat Chyronem nutricium Achillis, à quo tamen Medicinam didicerat. 1. 3. de Reppub.

S. quoque Hieronym. promittit, se fore nutricium Paulæ, si quando fe in Bethlehem confectet. Epist. ad Letam. Saturnum ajunt filios, ut in lucem editi essent, devorasse Rheam verò dolores pariendi diffimulare conatam, natam infantem longè ablegasse, & eis salutem pro viciis comparasse. Quam quidem ad rem adiuverunt Curetas affluerit. Illi cum tympanis, armoniæque chœra tumultuantes, deum curiose circumstiterent, ut Saturnus attonitus, & oblivione involutus avulsam non agnosceret infantem. Eadem cura, studioque ab ipsis enutritus fectur. Curetes itaque id est, curatores, vel quia nuper ei ministrarent, vel quia Jovis χυρον ποσειδον id est, alimoniam operati sint, nomen obtinuerunt, quasi Jovis Satyrj quidam fuerint. Strab. 1. 10.

ALALCOMENUS Bœotus Minervam educavit. A quo Alalcomenæ vicus Bœotie. Propè est Minervæ ades. Fluvius præterlabitur parvus, Trion, ad quem Minervam educatam ferunt, non autem ad Tritonidem Africa paludem. Pausan. in Bœoticiis.

ACACUS Licoonis arcadum regis F. Mercurij nutricius fuisse dicitur ab Arcadibus. Eo in loco Acacium urbs condita, & Mercurij Acacii signum è marmore. Pausan. in Arcadiciis.

Anytus Herz, id est, Cereris dicitur nutricius, de Titanibus unus. Ibidem.

In Charidemum, Martialis Epigrammatum 1. 11. Cunarum fueras tutor, Charidæme, mearum, Et pueri custos, assiduisque comes, Jam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba, Et queritur labris pumila puella meis. Sed tibi non crevi, te nosse villicus horret. Te dispensator, te domus ipsa pavet.

Ludere nec nobis, nec tu permittis amare, Nil enim vis, & vis cuncta licere tibi: Corripis, obsequis, quærens, suspiria ducis, Et vix à ferulis abhinet ira manus, Si Tyrios sumpsi cultus, unxiq; capillos. Exclamat, nunquam fecerat ista pater: Et numeras nostros adstribas fronte trientes, Tangam de cella hie cadus ille tua. Desine, non possum libertum ferre Catonem: Esse virum jam me dicit amica tibi.

NUTRICES.

Debora nutrix Rebecca uxoris Isaac Patriarchæ, à Jacob Rebecca F. sepulta est in Bethel sub robore, quod Jacob Fletus robur nominavit. Gen. 26.

Eupheme

EPHREM Mufarum nutrix fuit: cuius in Helicone monte ad locum Mulsæ sacrum effigies è lapide fabricata fuit. Pausanias in Bœoticiis.

Caphyrna, feu Caphurna, Oceani filia, Neptunum educavit unâ cum Rhodis, Annus in Berosum, & Dom. Calderinus in Statium.

Hyadas fuisse Bacchi nutrices quidam putarunt, ut ait L. de Diis. Apollodorus Cyrenæicus, & Fast. lib. 5. Ovid. ad quas educandum Dionysium Mercurius in civitatem Nyfam duxit: easque post fuisse à Libero vocatæ ob acceptum lactis beneficium in stellas mutatas, & vocatæ Hyadas, non à pluvia, ut crediderunt alii, sed à Baccho, qui vocatus est Hyes. Natalis Comes Mythol. 1. 5. cap. 12. Nyfa Bacchi nutrix, à qua Syriæ Decapoliæ urbs Nyfa nomen habuit, Sythopolis postea dicta, deductus est Scythis, Plin. lib. 5. cap. 18.

Messenij Jovis incunabula sibi vindicant, ejusque nutrices nominant Nedam, à qua fluvius, & Ithomen, à qua mons nomen accepit. Has quidem nymphas surreptum à Curetibus Jovem ob Saturni mecum, in fonte Clepsidra, ad Ithomes jugum, ubi esset Messeniorum arx, lavasse, & ab eo furto aquæ nomen indidit. Inde ad sacra Ithomata Jovem per totos dies hautam aquam in tempore deportant. Pausanias in Messeniciis: Idem in Arcadiciis inquit, apud suos fontem fluvium illum, qui Gortynam præterlabitur, Lusum appellari, quod in eo Jupiter recens natus lotus fuisse creditur. Natalis Comes Mythol. lib. 2. cap. 1.

RHEA Jovem enika, metu patris infantem in Creta occultuit nutriendum à duabus nymphis Adrastra, & Ida: teste Apollodoro Grammatico. Eæ nutricaverunt illum capræ cujusdâ lacte, cuius nomen fuerit Amalthea: quam Jupiter jam adultus in sidera reulit, vorturque à Græcis ἀμάλθη. Pomponius Sabinus Adrastræam nominat, cui in Jovis hymno adverteatur Callimachus. Brodeus in 1. Epigram. Laëtan. in l. de falsa Relig. pro Adrastra legit Melissa, & filias Melisse Cretensium regis fuisse, Jovemque caprino lacte, & melle nutrice scribit. Vide Tit. Doctoris falsæ officij. Capræ Amaltheæ alterum cornu Jupiter adultus officij primum nutricibus nymphis dedit, ubi capram inter sydera collocasset, eique hanc dedit facultatem, rebe Xantho in rebus Ætolis, ut quicquid optaretur fere putes, vice cubus, continuo nasceretur. Alii non capram, sed Hermonij Ætolorum regis filiam C Amaltheam, Jovis nutricem fuisse ajunt, quæ cornu non capræ, sed tauri habuerit, ea vi præditum, ut scripsit Pherecydes, Natalis Comes Mythol. 1. 7. cap. 2.

Arcades Jovem non in Creta insula, sed apud se in monte Lycaeo educatum perhibent à nymphis tribus, Thifon, Neda, & Agno. Paus. in Arcadiciis.

ELPHIA nutrix Dianæ, à qua Diana Elaphiza dicta, cui ædem dedicatur Latinæ in Elide. Pausan. 1. 6.

THER. Q. Martis nutrix. Unde Martis Theretæ simulacrum, Colchis à Castore, & Polluce in vicium Theræ deportatum propè Spartam. Paus. in Laconiciis.

Engienses Siculi templum Matris edificarunt. Has ex Creta ajunt, ubi maxime coluntur, advectas, Jovem olim clam patre Saturno educasse. Quo merito in cœlum sunt in astra, quæ Arctos dicunt, translata. Hæc & Aratus in suo de Astris opere confirmat, inquis ens propter Jovem occultè nutritum in cœlum ascendisse. Eas non solum hujus urbis accolæ, sed etiam ex finitimiis quidam, sacris solennibus, & aliis honoribus celebrant. Templum ipsis edificatum est ingens, ac sumptuosum. Ad ejus struaturam, ab Astygione Agrinorum, quo centum distat stadiis, saxa adhibita, magna impensa curantur quatuor rotarum curribus ad id præparatis, centum jugis boum trahebentibus. Diod. lib. 5. cap. 13.

PHÆBE quædam nutrix fuit Apollinis, & Dianæ, unde & ille Phœbeus, & hæc Phœbe dicta fuit. Alii tamen Apollinem Phœbium, quasi φœβιον dictum volent, & lunam Phœben, quia suo splendore & diem, & noctem illustant. Enst. liad. 6. Creavit enim Deus Opt. Max. luminaria duo magna, ut in Genesij legitur.

ÆSCULAPIJ nutricem fuisse Trygonem scriperunt nonnulli, sicut testatur Pausanias in Arcadiciis. Laëtanus in libro de Falsa religione, Esculapium lacte canino nutritum, & artem medendi ab Chirone doctum fuisse scribit. Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 11.

Fama est, Cererem cum per orbem terrarum filium quaerens vagaretur pervenisse ad Eleusium, cuius uxor Hyona, ut ait Laëtanus, Triptoleum pepererat, cui nutricem quaerenti Ceres ultro fe obtulit, puerumque divino lacte nutritum

noctu clam sub igne occultabat. Is cum egregie nutrire per noctem, pater observans quo pacto id feceret, re visa exclamavit: quare irata Ceres Eleusium exanimavit, ac Triptolemo currum à draconibus tractum dedit, ut universos mortales rationem frugum doceret: sicuti restatur Callimachus in Cererem. Alii fabulantur Cœlum Cerere per quoddam tempus educatum fuisse tanquam filium: quem cum dea vellet facere immò talem, affidue sub igne terere solebat. Verum cum id diutius fecisset, à quodam conspectu id facere destitit, neque immortalem reddere curavit, sed illum frumenti rationem docuit, ut ait Nicandri enarrator. Natalis Comes Mythol. 1. 5. cap. 13.

Plemnæo Perati filio, Sicyoniolorum regi, liberi nati contumuo, ubi vagirent, expirabant: quoad Ceres oleo remedium adhibuit. Nam cum in Egiale venisset, tanquam peregrina mulier filium Plemnæo eduxerat Orthopolim. Pausanias in Corinthiacis.

ACESTÆ nutrix filiarum Adrastii, Statius libro 1. Thebaidos.

BEROS Eupidauria Semelæ, matris Bacchi, Ovid. 1. 3. Metamorphoseon. Charme, Sylla puella. Virg. in Cyr.

Policæ nutrix Oedipi, quem pater Lajus devoverat, quod Fepjus manu periturum fe ab oraculo didicisset.

Fama est, cum duces Argivorum bello Thebano subitundum circa Nemeam sylvam traheret exercitum, atque ex his, quidam explorandæ aquationis causa nonnulli agamæ aberassent: in Hypsipylem Thoantis filiam, Lemno ob partem mulieris conjugatione servatam, regnoque à suis ejedam, & apud Lycurgum Nemeorum regem tum forte famulantem incidisse. Erat cum ea regius puer, cui illa data erat aut nutrix, aut custos. Cæterum dum Hypsipyle ducibus gratificatura ad fontem contendit, Archemorus (nam id nomen regio puero fuit) herbidio loco relictus, subito serpens incurvul perit. Adduxit ea res nutricem in apertum apud regem discrimen. Sed ducem intervenerit, precibusque, & audacitate, lenita est Lycurgus ira, ob eximiosque, & novos honores ab toto exercitu filii sepulchro redditos, magna ex parte remissit dolor. Mansit in ludicrum ad posteros, Nemeique ludii appellati, Tab. lib. 7. En. 1.

ATA Hylli Hercules F. nutrix, quæ cum Iren in Messeniam migrasset, Chresiphontes Herulis nepos Messeniarum rex urbem G mutato nomine Abyam appellari voluit, Pausan. in Messen.

HYPOLITA nutrix Myrthæ, Theantis F. Vide Tit. Incessus patriæ cum Liberis.

Cum Plemnæo regi Peloponnefiorum omnes filii in primo vagitu animam agent, vicem tandem illius miserata Ceres ad ejus uxorem peregrinæ habitu venit, eique Orthopolim recens natum educavit. Paus. in Corinth.

EURYCLEA, nutrix fuit Ulyffis, Homerus in Odyssea.

Spago nutrix Cyri. Quæ dicitur quoniam Medorum lingua canem significat, factum est, ut Cyrus creditus sit nutricus à cane. Herodot. in Clio.

Cajetæ, Æneæ, Virgil. 17. Æneid. Tu quoque hioribus nostris Ænejs nutrix Eternam moriens sanam Cajetæ dedisti.

Barce nutrix Sichæi Phœnicum distilimi, & mariti Dido nis. Virg. 1. 4. Æneidos: Tum breviter Barcem, nutricem affata Sichæi: Annam cara mihi nutrix huc fiste forem.

Trojana quædam nobilis matrona, apud Euripidem Troadibus, quæ capto Ilio unâ cum reliquis captivis in potestatem hostium venerat, cum secum cogitaret, quæ sua vita futura esset, quibusque ministeris, indignis genere suo servire deberet, vidit posse etiam fieri, ut aleudis liberis heri destinaretur, unde magis tantam fortunam suarum mutationem, stomachatur enim tene admodum, vileque munus illud. H Nam solites Græcos opera ancillarum in ea te uti, ex comediis etiam notum est. Virg. 1. 27. lib. 4. cap. 1.

Apud Demofthenem, cum ingenuæ Mulieris obiectum esset in judicio, quod mercede aliquando infantes nutritisset: purgat fe illa, probans id factum ab fe esse tempore belli, cum Athenienses fructus agorum amississent, nec possent satis commode dignitatem suam regere: concedi enim tunc debere, ut aliquantum homines declinet à splendore suo, ut sine vera turpitudine res ad vitam necessarias parent. Virg. 1. 27. Var. lib. 4. c. 1.

HELLANICES, nutrix Alexandri Q. Curtius. Item Lacinæ, avia, & filia Proteæ, qui bibacissimi fuerunt. Athen. lib. 4. cap. 1.

Apud Spartanos nutrices curam agebant artificiosam, ut sine

sine facio infantiam educantes, membra, & speciem iis, liberalem conciliarent. Affuefaciebant etiam eos quibusvis cibis, & junio: utque intrepidi ad tenebras, imperterriti essent ad sollicitudinem, necii illiberalis morositatis, & vagitus. Hinc mercabantur liberis nonnulli exteri nutrices Laconicas. Etiam quæ Atheniensem nutricia est Alcibiadem, Amyclam, tradunt Lacenam fuisse. Ceterum huic, ut auctor est Plato, Lopyrum Pericles moderatorem præfecit, nihilo aliis mancipis excellentiorem. *Plut. in Lycargo.*

B *Lupa.* Faustuli pastoris uxor, propter quæstum corporis ita dicta, Romulum, & Remum geminos fratres expositos ab Amulio, & in ripa Tyberis inventos, educavit. Livius, & omnes Historiæ Rom. *Plin. l. 18. c. 2.* Accam Laurentiam vocat.

A *Acca* Laurentia Romuli nutrix. *Vide Titulum. Hereditate acquisita bona.*

N *ERO* Cæsar funeratus est impensa ducentorum millium, stragulis albis auro incensis, quibus usus Calend. Januarii fuerat. Reliquas *Ægloge*, & Alexandria nutrices cum Aste concubina Domitiorum monumento condiderunt quod profpicitur à campo Martio, impositum colli hortorum. In eo monumento solum Porphyretici marmoris superstanti Lumentara circumseptum est lapide *Thafio. Suet.*

D *OMITIANI* Imp. à conjuratis occisi cadaver populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix suburbano suo Latina via funeravit: sed reliquias templo Flavie genis clam inulit, cineribusque Julis filæ Titi, quam & ipsa educaverat, commisit. *Suet.*

S *OCI* veteres non accercebant lactandis infantibus nutrices, sed suo ipsæ succo Matres proles suas educabant, prohi ad loco ducentes, nec ad alteri suspicione carere, si qua forte lacte deficiente ad nutricationem haud sufficeret. Hoc enim modo legitimas proles probari aiebant, si quas utero fovissent eisdem in lucem editas enutrite natura non recufaret, matrisque munus solum implentes, nullam liberorum partem nutricibus cederent. Degenerare item non nihil prudentissimi homines à parentum natura filios arbitrabantur, familiari matris in utero alimento afluens, ubi ad aliena ubera admovebantur. *H. Boetius in Scotia.*

M *A* *CRINA*, femina pia, discipula Gregorii Neocæsariensis nutrix, & magistra etiam in Christianæ religionis fundamentis.

mentis fuit magni illius Basilii. *Basilii in epistola ad Neocæsarienses.*

P *hilippa* Catinensis nutrix Roberti Calabriae ducis filii. *Vide Titulum. Obscuro orti loco, qui dignitatis profanis claruere.*

B *ona* nutrices (Quales olim Lacanas constat fuisse, quarum opera etiam exteri sunt usi, teste Plutarcho) animi, corporisque virtutes, & quantum nutricatio monumentum habet ad infantis educationem, videatur apud *Christophorum à Vega lib. 2. de arte medendi.* Etenim supra, *in loco de Lacte, is Lactatione,* nonnulla tradidimus.

M *oner* Quintilianus omnino curandum esse parentibus, ut nutrices prolibus suis dent, quæ non sint impeditioris linguæ. Sapientes eligi Chrylippus voluit. Cum enim eas auditurus est puer, primum earum mores, & verba effinget. Nam natura tenacissimi sumus eorum, quæ annis teneris discimus.

* PIETAS, ET OBSERVANTIA ERGA

NUTRICES,

Quere in Loco de Amore nonnulla.

I *ngens* porro fuit apud veteres, tam sacri, quam alterius ordinis, alumnorum amor, & observantia erga nutrices.

M *oyse Gen. c. 35.* Enarrans mortem Rebecæ, & Debora nutricis ejus, particulatim, & accuratè mortem, & sepulcrum hujus recenset, vix facta mentione Rebecæ, quæ tamen fuerat mater familias, & Domina alterius. Cujus ratio alia non est, quam pietas solita exhiberi altricibus. Allegoricam aliam poterit Lector petere ex *Ruperto l. 8. Comment. in Genesim. cap. 33.*

E *tiam Virgilius* describit Æneam hac erga Cajetam nutricem suam observantia, & pietate excellisse, dum dicit, illum habere secum ex Trojana urbis excidio in Italiam deduxisse: atque in Litore Campano extindam magnificè funerasse, exstructa etiam urbe, quæ nomen illius deserret. Hinc *lib. 7. Æneidos.*

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix Æternam nobiscum famam Coepta dedisti.

FINIS LITTERÆ N.



THEATRUM VITÆ
HUMANÆ,
AUCTORE

LAURENTIO BEYERLINCK,
ARCHIPRESBYTERO ANTUERPIENSI,
Littera O.

* Asterisci Titulis sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub isdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.

* Obedientia.

C *onsultatur Locus de Religione. Tit. Cultus hominum religiofus, ubi etiam nonnulla à Theod. Zuingero de hoc argumento, peculiariter translatione insparantur, quæ huc reduci possent, quævis etiam illorum hic sparsim meminimus.*

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

B *EDIENTIA* dicitur quasi Obaudientia, quod nempe vox, & præceptum Superioris audiatur, & admittatur. Græcè *ὀβολὸς* quasi subauditionem vocant. Definitur autem à S. Thom. Aquin. 2.2. quæst. 104. art. 2. ad 2. Virtus moralis, efficiens hominem promptum ad præstandam voluntatem, aut præceptum Superioris. Omne autem opus virtutis, quo Superioris præceptum impletur, aut voluntas, obedientia dicitur materialis, & ad omnes se virtutes ea extendit.

OBJECTUM.

O *bjectum* quod, ut dicunt Philosophi, hujus virtutis, est omne opus præceptum, cui ad hoc volendum, aut faciendum hæc virtus inclinatur.

O *bjectum*, cui est Superior, qui enim superiorem non habet, cui possit obedire, non habet obedientiam, unde Christo secundum naturam divinam non competeat.

R *atio* autem obiectiva in obiecto quod, est debitum auctoritati Superioris ratione præcepti. Sic ut absque vilipenduntia saltem interpretativa Superioris, nequeat executio talis, aut talis operis omitti. Alii tamen ponunt rationem obiecti, quod esse specialem illam honestatem, quam accipit ex eo quod, sit præceptum Superioris.

R *atio* verò formalis obiectiva, est jus, & potestas regendi quam habet Superior, idque ex triplici radice. Primò ex ratione cause, & effectus: 2. ex ratione totius, & partis: 3. ex ratione agentis, & patientis, vel instrumenti. Unde exurgunt imperia, & potestates omnes tam Ecclesiasticæ, quam Politicæ, earumque prima radix est Deus, qui has per positivam

ordinationem, aut per naturalem rerum institutionem communicavit.

SPECIES VARIÆ.

C *um* sit quadruplex potestas imperandi, scilicet divina, & humana, eaque cum Ecclesiastica, tum Politica, cui annexitur Oeconomica, sive Domestica; constat etiam non unam Obedientiæ speciem constitui. Quamvis probabilior sit illorum sententia, qui cum *D. Bernardo Tract. de præcepto, is F.* & hominum imperia sentiunt.

I *gitur* communis obedientiæ distinctio est, ut alia sit hominis ad Deum: alia hominis ad hominem. Hæc verò multiplex est, prout multiplex potestas. Sic est obedientia subditorum ad magistratum, vel Principem: filiorum ad parentes: servorum ad dominos: discipulorum ad magistros: denique alia est Religiosorum ad suos prælatos, quæ cæteris tantò est perfectior, quanto illi se promptiores exhibent, ut non modò illorum voluntatem cognitam, & imperatam compleant, sed etiam non imperatam. Unde dicitur perfecte obediens non *G. de virtut. solum sciens, vel credens voluntatem Prælati, ferventer exequitur pro præcepto.*

ILLIUS PRÆSTANTIA.

O *bedientia*, quæ Christianis omnibus communis esse debet, excellentia reliquis virtutibus moralibus præstat, Religione excepta. Siquidem sola virtus est, quæ alias virtutes mentis inserit, incertaque custodit, ut *S. Gregor. lib. ult. Moral. c. 12.* ait: quia videlicet ex motivo obedientiæ homo ad omnium virtutum functiones impellitur, per quas quidem functiones illæ virtutes augentur, & conservantur.

N *on* est tamen præstantior Theologicis, & religione, quia hæc cum Deo immediatè mentem conjungunt, & ad reliquas *H. virtutes se extendunt, fides dirigendo, spes, & charitas imperando: immò non modò ad præcepta, sed etiam ad consilia respiciunt.*

O *bedientia* autem Religiosa priore perfectior est, cum per eam homo in vitæ suæ directione usque in finem se subiiciat alteri.